



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

6. Cum venerit Paracletus & c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Jure rogas, ostende Patrem, meritòquè Philippe
Sufficit hic nobis (a) sufficit omne bonum,

(a) Dat seipsum nobis Deus, & sufficit nobis, Nolite timere inopiam, si Deus se det nobis, sufficit nobis. Si dives Deum non habet, quid habet? Beda 1. Cor. 2. & alibi, super illud Philippe qui videt me videt & Patrem: non quòd ipse sit & Pater & Filius, quòd in Sabellianis, qui vocantur etiam Patri-pastiani, catholica fides damnat, sed quòd tam similes sint Pater & Filius, ut qui unum norit, ambos noverit, Sicut de duobus simillimis dicimus: vidisti illum? vidisti hunc: nam nisi duo essent Pater & Filius, non diceretur si cognovissetis me & Patrem meam cognovissetis &c.

SYMBOLUM 6.

Cum venerit Paracletus quem ego mittam a Patre meo, ille testimonium perhibebit de me. Ioan. 15.

Lapsus in hunc orbem, veneris, cum venerit, os or
Spiritus, intactæ mentis amator erit.

(a) A Patre mequè simul mittetur, utriquè coævus,
Testis erit vitæ cum Deitate meæ.

Doctor erit veri, falsi convictor & hostis.

Perfidia pœnas vilis Apella dabis.

(a) Pater Filium misit & Spiritus. Spiritum quoquè & Pater misit, & Filius. Pater misit, quia scriptum est: Paracletus autem ille Spiritus S. quem Pater mittet in nomine meo. Filius misit quia dixit: cum venerit autem Paracletus quem ego mittam vobis a Patre meo Spiritum Veritatis. Si ergo se invicem Filius & Spiritus mittunt, sicut Pater mittit, non subjectionis injuria, sed communitas potestatis est. Ex Ambrosio de Spiritu S. lib. 3. cap. 1.

SYMBOLUM 7.

Tres sunt qui testimonium dant in Cælo: Pater, Verbum, &
Spiritus S. & hi tres unum sunt. 1. Ioan. 5.

TEstatur Genitor charum super omnia Verbum,
Se Verbum, charus Filius, esse Patris.

Spiri-